

Author: Doni, Giovanni Battista

Title: Ioannes Baptista Donius Lucae Torrio Salutem Dicit

Editor: Massimo Redaelli

Source: Florence, Biblioteca Marucelliana, MS A.290, f.<1v>-<2v>

[40. in marg.] Ioannes Baptista Donius Lucae Torrio Salutem Dicit

Etsi saepiuscule affinem tuum Dominum de la Flud percontari soleam de rebus tuis tuaque ualetudine, immo quotiescumque eum uideo, metuor uidelicet mutuae [[inter nos]] amicitiae, quam occasione [[Hispaniensis]] [[mei add. supra lin.]] itineris [mei Hispaniensis supra lin.] optima fide inter nos [[constructam n<...>i]] [coaluisse non ignoras corr. supra lin.], attamen pro singularis amoris affectu, quo te ab eo tempore ob eximiam eruditionem ac probitatem constantissime sum propinquatus maiora aliquanto solatia longiquae istius absentiae [[fer]] iamque fere emortuae spei quam de profectioe tua [[in]] huc in Italiam feceras percipere uellem. Quare si per occupationes tuas licet [[quaeso]] da operam quaeso uir optime atque amicissime ut intermissum iampridem inter nos litterarum officium deintegro repetamus. Oro etiam te ut si ulla re idoneum me censueris qua commodis tuis, amicorumque tuorum subseruiam quam fidentissime autoritate tua quae in me tibi optimo iure competit utaris. Quod ut libentius [exemplo meo supra lin.] facias accipe quid a te in praesentia desiderem. Antiquae musicae potioem partem eam praesertim quae ad Tonos siue Harmonias illas ueteres Doriam [[et cetera]] Phrygiam et cetera pertinet non modo [kata theorian] sed etiam [kata praxin] restaurasse me scias nam et complura instrumentorum genera magno sumptu ac labore fabricari curauit [[librumque tribus]] et praeter alia multa opera quae editioni parata habeo librum abhinc annis tribus [[euulga<...>]] uernacula lingua euulgauit, in quo multa [[<...> maximi momenti]] ad hoc argumenta spectantia quamquam in modicam Epitomem congessi: nec facti [profecto supra lin.] poenitet [-<f.2r>-] nam et nobilibus quibusdam uiris consilium meum mirifice placuisse cognoui et nouam hanc melodiaram condendarum rationem (refragantibus licet ac obstrepentibus uulgaribus quibusdam musicastris) paulatim recipi atque in actum deduci apparet. [[Inter alia uero opera]] Quapropter primo quoque tempore destinaui Aristoxeni pauca quae supersunt ex innumeris eius operibus Graece Latineque cum uberibus notis. Audio autem in Bibliotheca Laurentiana Escurialia fragmentum ipsius extare [peri melous]. [[Id ego]] Eius desiderio flagrantissime torqueor: quare si me amas <opti>me Torri immo si musicam eiusque <...>des Musas [[<...>]] atque elegantiores litteras diligis, <.....> ut quam primum perquiras ac mihi describendum cures. Non deerit occasio deinde qua breue eiusmodi scriptio [[ad me p<...> transmittas per]] uel per affinem tuum uel alium [[aliumque ante corr.] quem uis ad me Romam transmittas. In eiusdem Bibliothecae Elenchis notaui tractatum quemdam qui inscribitur Mozarabes intonationes. Eius aliquod specimen si ut arbitror [[melodiam Eccle]] sacros cantus Liturgiae Mozarabum continet [[per]] pariter mihi compares uelim. Peropportunum id erit illustrando operi quod molimur de musica sacra uel Ecclesiastica [[Caeterum]] Quod reliquum est scito Inscriptiones ueteres a me huiusque collectas iussu Eminentissimi Principi Francisci Cardinalis Barberini nunc describi propediem uidelicet eius sumptibus in lucem edendas. Quare si quarum mihi spem feceris postremis tuis litteris anno 1631 datis eas tibi libuerit licueritque mecum communicare [[operam dabo ut non sine hono sig<...>]] [-<f.2v>-] iucundissimum id optimo principi [[spondeo]] futurum spondeo, [[p tibi priuatim perle<...> tibi (cuius nomen]] tibi priuatim [[(cuius permunificum]] [gloriosum corr. supra lin.] Hispaniarum locis ubi ea monumenta supersunt perhonorificum Reipublicae litterariae utile ac proficuum ac mihi praesertim supra quam credi possit gratum Deum optimum Maximum precor [[ac ueneror]] ut prosperorum largus omnia tua uota caelesti fauore secundet. Vale. XII. Kalendas Maias MDCXXXIX.